

## Traditiones Wizenburgenses (Ed. Glöckner) Nr. 251

Ille bene possedit rebus in seculo, qui sibi de caducis comparat premia sempiterna. Ideoque ego enim in dei nomine Gebahartus adque filius meus Lautfridus propter amorem celestis patrie seu propter remedium animarum nostrarum tradimus adque transfundimus res nostras sitas in pago Saroinse in villa vel in marca Duristualda nec non in loco noncupante Bercilingua ecclesiam unam, et quidquid ad illam aspicere videtur, seu coba [I] in villa superscripta numcupate Duristualda. Et servum unum [nomine] Theothartum cum uxore sua numcupante Woltgart nec non et filii eorum. Hec vero prescripta, sicut iam dictum est, trado adque transfundo ad monasterium Wizenburgo; ipsud [in honore] sancto Petro constructum esse constat, ubi in dei nomine vir venerabilis Folcuuicus Uuormancinse urbis episcopus famulantibus domino in monasterio prescripto monachis procurator fore dinnoscitur, ita ut ab ac die presenti ipsa locus sanctus vel rectores eius teant adque possideant suisque successoribus Christo propitio derelinquant. Sed postea nostra fuit petitio et vestra decreuit voluntas, ut ipsas res predictas adque etiam contra hoc recipimus omnes res quas vos habetis in pago prescripto in ipso vilare noncupante Wolfgunda uvilare cum omni re superposita nec non et in ipsa marca, ubi monasterium vestrum nuncupante Wizenburgo [situm est] cellam que vocatur sancti Pauli, Ista siquidem utrasque supra nominatas res nobis prestare deberetis. Quod et ita fecistis per hanc paginulam auctoritatis usu fructuario diebus vite nostre, et ut nullus homo easdem res predicta a nobis abstrahere usque dum advixerimus pontifitium habeat, in ea vero ratione [ut] vel inquisitionem nostram vel lucrationem ad istam cellam prescriptam vel de ceteris predictis locis cum omni integritate affere studeamus et deinceps annis singulis quamdiu vixerimus. Postea quoque inquisitio nostra cum omne rem emeliorata sine ulla maritate ad monasterium prefectum revertatur et deinceps annis singulis quamdiu vixerimus in censum studeamus dare solidum unum ad festiuitatem sancti Martini. Si quis vero, quod fieri [minimie] credo, si nos ipsi, quod absit, aut aliquis de heredibus nostris, qui contra hanc cartam donationis a nobis factum venire voluerit aut eam inrumpere voluerit, inferat ad [partem] iam dicto ecclesie cum cogente misso dominico auri uncias duas, argenti pondus quinque pro eo quod repitit evindicare non valeat, sed presens epistola traditionis omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum pupplice in monasterio prefecto, sub die duodecima kalendas marcius anno siquidem XVII regnante Lodouvico inperatore feliciter amen. Testes: Gebahartti et filii sui Lantfridi presbiter qui hanc traditionem fieri et firmari coram testibus subtus insertus perfecerunt. [Testes]: Ruadwini, Geboldi advocati. Anoloni. Buotoni. Ringuni, Eborolfi, Hildibranti. Berru, Ruadolfi. [Ego] siquidem in Christo nomine Guntbertus hanc paginulam donationis scripsi et subscripsi, [diem tempusque notavi].